

“Aliam vero Triadem Amilictorum, qui sunt tres, et unum hypozocota. Fontes hi septem. Post quos fontes sunt Hyperarchii. Inde Azoni, deinde Zonei. Post quos Angeli, deinde Dæmones: Heroes post illos. Post quos nimæ. Postremo mundus ipse corporeus.”

Sed alius quidam author, quem in Cypro invenimus, et forte fuerit, Georgius Pletho: qui et ipse, uti Psellus, aliquot Zoroastri oracula exposuit, paulo aliter, rem hanc triadarum refert. Nam post triadem Paterni profundi, in qua ait esse, Patrem Potentiam, Intellectum, hæc subnectit.

Είτα ἐστὶν ἡ νοητὴ ὄντες, καὶ μετὰ ταύτην οἱ συνοχεῖς, ὁ ἐμπυριος, ὁ αἰθέριος, καὶ ὁ ύλαιος. Μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, οἱ πηγεῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι, καὶ κοσμαγωγοὶ. ὃν ὁ πρῶτος, ὁ ἀπαξ ἐπέκεινα λεγομένος. Μεθ’ ὃν ἡ Ἐκάτη. εἶτα ὁ δὺς ἐπέκεινα. Μεθ’ ὃν τρεῖς Ἀμειλίκτοι, καὶ τελούταιος ὁ ὑπεζωκὼς. Σεβονται δὲ καὶ πηγαῖαν τριαδαν πίστεως, καὶ ἀληθείας, καὶ ἔρωτος.

“Deinde est intelligibilis Iynx, et post hanc Synochus Empyreus, Æthereus, et Hylæus, Post Synocheas vero sunt Teletarchæ. Post hos Fontani Patres, qui vocantur etiam mundi ductores. Quorum primus is est, qui dicitur, semel trans. Post quem Hecate. Postea is qui bis est trans. Post hunc, tres Amiliicti, et ultimus, is qui Hypozocos est vocatus. Venerantur quoque Fontanam Triadem, Fidei, et Veritatis et Amoris.”

Habent etiam alios quosdam fontes, et fontanos, ut idem author narrat. Solis scilicet, sensus, iudicii, fulminis fontanas summitates, et materiales, et ipsius animæ, et fontanam animam, et addit:

Μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι ἀρχὰς. αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. Τῶν δὲ ζωογονῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἀκρότης. Ἐκατη καλεῖται, ἡ δὲ μεσοτῆς ψυχὴ αρχικὴ. ἡ δὲ περάτωσις ἀρετὴ ἀρχικὴ.

“Post vero fontes, aiunt esse principatus. Fontes enim principaliores, sunt principatibus. Principatum vero vivigenorum, summa Hecate vocatur. Medietas vero Anima principalis, Extremitas virtus principalis.”

Utroque hoc nomine, fontium, et principatum usus est Divus Dionysius non semel, imo in tertia Diade idem nomen ἀρχῶν principatum habet. Post quos Archangelos ponit, quorum non ignari fuere Chaldaei. Idem enim ait.

Φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς πηγῆς, καὶ ἀρχαγγελικὸν.

“Dicunt etiam Principalem solem, a solari fonte; et Archangelicum.”

Sed et Orpheus Angelos nominavit.

Σῶ γὰρ ἐν θρόνῳ πυροεντὶ παρεστᾶσι πολύμοχθοι Αγγεγοι.

“Tuo enim Throno igneo adstant multilabori Angeli.”

Sed Dionysius ait alicubi:

Τῆς μιᾶς καὶ ἀπλῆς. καὶ ἀεὶ ὥσαύτως ἔχουσης, καὶ ὑπερηπλωμένης πηγαίας ἀκτίνος.

“Unius et simplicis, et semper eodem modo se habentis et superextensi fontani radii.”

Fontium vero et principatum, etiam Zoroaster meminit in oraculis:

Πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς.

“Omnibus, et fontibus, et principatibus.”

Esse autem hos intellectus, hoc alio exprimit:

Καὶ τὸν νοῦν, ἀεὶ τε μένειν, ἀόκνῳ στροφάλιγγι πηγὰς καὶ ἀρχὰς.

“Et intelligere, semperque manere impigro verticillo Fontesque et Principatus.” Alio

vero, et Synoches, et Hecatem nominat:

“Οτι ἐργάτις, οτι ἐκδότις ἐστὶ πυρὸς ζωνφόρου.

“Οτι καὶ τὸν ζωηγόνον πληροὶ τῆς Ἐκάτης κόλπον.

Καὶ ἐπιπρρεῖ τοῖς Συνοχεῦσι ἀλκὴν ζηδώρον πυρὸς

Μέγα δυναμένοιο.

“Quia operatrix, quia largitrix est ignis vitiferi.

Quia et vivigenum implet Hecates sinum